

Christi, eadem imputat, & ea in imputando, peccata remittit. Propter hanc arctissimam conjunctionem una pro altera ponitur Rom. 4. 6. 7. & 12. Imo & justificatio in sola etiam peccatorum remissione constituitur Psal. 32. 1. Rom. 4. 7.

V. *Iustitia meriti Christi includit iustitiam personæ.* Iustitia personæ est non tantum activa Christi obedientia, quam ille præstitit legi, sed complectitur totius personæ θεαρθρών justitiam divinam & humanam, hoc est, essentialē Deitatis, & formalem atque actualem humanitatis sanctitatem, seu conformitatem cum lege. Iustitia meriti non est tantum sanguis & mors Christi, sed complectitur totam obedientiam humiliacionis ab articulo conceptionis usque ad mortem crucis. Hæc iustitia includit & præsupponit iustitiam personæ. Opoitebat enim mediatorem nostrum esse Deum & hominem justum, ut iustitiam nobis mereti & conferre posset.

VI. *Ab obedientia Christi passiva ad exclusionem activa non valet argumentum,* cum agitur de causa meritoria justificacionis. Dupliciter enim illa obedientia activa consideratur: primò ut conformitas cum lege, & sic est iustitia personæ mediatoris, adeoque non ingreditur justificationem

Sas. Sun
teā Roma
regulad
naturis
umponili
justifica
is da obvi
erantūm,
us, respe
a quo & ad
: actiones,
mediatorum
ia & subje
irgouuntur
n. v.g. de
redinis, &
ien, & ex
tibus con
llisione n
vestim
gendo m
. Eadem
c igitur
mur velle
oncurrunt
tatiojuli
edutactus
eus remit
justitiam
Chr. St.